

haicana Lingua, à primis post turris Babylonica destruc-  
tionem amis in Haicana Lingua, seu Armena natione  
ab omni corruptela immunis, quamdiu ea, ad quartum  
usque post Christum natum, saeculum et ulterius  
Regibus suis, et Arsacidis garisa est, quanquam  
proprijs Litteris et Characteribus cousque destituere-  
tur. Adhibebant autem in scriptis suis Litteras tum  
Persarum tum Graecorum, uti fidem facit Moyses  
Choronensis: Characteres erant Persarum et Graecorum  
in quibus adhuc vicorum et provinciarum, domum  
particularium et controversiarum, imo et foederum  
apud nos immensa inveniuntur volumina.  
Sed quia paulatim Armenica Major à minori Divisa  
illa Persis, haec Graecis parebat illo tempore, multi  
codices ob hoc solum quod graecis Litteris essent exa-  
rati, flammis comburebantur. Huic malo remedium